



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 18. Principum atque Illustrium obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](#)

inhibuit, ne clausa teneant labia, aut <sup>Sæc. XVII.</sup>  
exposito etiam SS. Sacramento inter <sup>A.C. 1702.</sup>  
se de profanis rebus tractent, atque in  
circulum coeuntes, terga Sanctissimo  
vertant, & de novellis colloquia, ri-  
fus, & cachinnos misceant: idque ve-  
tuit sub poena arbitraria citra ullam  
conniventiam infligenda.

### §. XVIII.

#### *Principum atque Illustrium obitus,*

Inter Principes hoc anno denatos pri-  
mo loco recensemus Jodocum Ba- <sup>Wo. Larray  
hist. d' Angl.</sup>  
ronem de Brabeck Hildesheimensem  
Episcopum, qui decima tertia Augusti  
fatis cessit. Habuit quidem Ecclesie  
suæ Coadjutorem Josephum Clemen-  
tem Electorem & Archiepiscopum Co-  
lonensem, qui tamen, utpote Gallis  
födere junctus, possessionem adire  
haud præsumebat; Comes enim ab  
Eck Cæsar Legatus cum Canonicis  
jamjam concluserat, ut excluso Coad-  
jutore interim hujus Episcopatus ad-  
ministratio ad Capitulum devolveretur:  
quamvis ergo Coloniensis Archiepisco-  
pus Fratris sui, necnon Gallorum po-  
tentiae confisus, sese intrudere molire-  
tur, postquam tamen ab Imperio pro-  
scriptus erat, Capitulum usque ad  
Badensem pacem hanc Ecclesiam rexit.

Decessit

Sæc. XVII. Decessit quoque die decima octava  
A. C. 1702. Martii Guilielmus Princeps Auriacus,  
dictus Angliæ Rex; cum enim Ham-  
ptoncuriæ die vigesima Februarii equo  
delapsus, crus frangeret, accidente  
febre, anno ætatis suæ quinquagesi-  
mo secundo vivere desit, postea au-  
tem Anna Jacobi Regis exulis Soror,  
Georgio Dano Principi nupta a Senatu  
in Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ Regi-  
nam proclamata erat: Oppido mirum  
est, quod ipsimet Scriptores Angli fa-  
teantur, hunc Principem omnium icen-  
tiarum omnino ignarum fuisse, & ta-  
men Oxoniæ Anno 1670. die vigesima  
Decembris Juris Doctorem solemniter  
fuisse creatum: Adscribunt etiam ei-  
dem octo opuscula, quæ ipsum com-  
posuisse, referunt: Hunc Martio fu-  
rore sublatus sequebatur Fridericus IV.  
Holsatiæ Gottorpensis Dux, qui in  
prælio inter Suecos & Saxones com-  
misso glande plumbea percussus, die  
decima nona Julii anno ætatis trigesi-  
mo primo obiit. Pari fato deceperat  
die decima quarta Octobris Fridericus  
Guilielmus Hohenzolleranus Princeps  
supremus Cæsarei exercitus Marechal-  
lus in pugna Friedlingana, & die de-  
cima septima Novembris Carolus Hasso  
Casselensis Princeps in Leodiensi  
conflictu trucidati. His accensemus  
Chri-

Christianum Adolphum Holsato - Son-  
derburgensem Ducem, & Fridericum  
Carolum Regis Dani Filium, quorum  
prior quinta, & posterior septima Ja-  
nuarii mortalitatem exuerunt.

Sæc. XVII.  
A. C. 1702.

## §. XIX.

*Scriptorum Catholicorum opera  
& obitus.*

**N**ec invida mors pepercit Viris *eb Niceron Vir.*  
eruditionis famam longiore vita *erud. t. 3.*  
dignissimis, ex quibus celebratur Clau- *pag. 236.*  
dius Nicasius Abbas, qui dissertatio- *Mem. des*  
nem ad Norisium Cardinalem scripsit *Hom. Illustr.*  
*t. 2. p. 274.*  
sub titulo: *Minerva Arnalia.* Edidit  
quoque notitias literarias, dissertatio-  
nem de Sirenibus, earumque forma,  
aliam de nummo Pantheo Adriani Im-  
peratoris, & dilucidationem cuiusdam  
monumenti marmorei. II. Dominicus  
Bouhours Jesuita, qui Maimburgum,  
Menagium & Jansenistas acriter inse-  
ctatus, posteris reliquit colloquia inter  
Aristum & Eugenium, epistolam ad  
Portu - Regienses, veritatem Religio-  
nis Christianæ, Historiam Petri Au-  
bussonii supremi Rhodiorum Magistri,  
Vitas S. Ignatii & Franc. Xaverii, sen-  
tentiam Jesuitarum circa peccatum  
Philosophicum, reflexiones criticas &  
morales, ingeniosos conceptus Patrum

*Hist. Eccles. Tom. LXVII.* E Ec-